

A Quam & S. Antonium Abbatem tradunt Mariano militem praefecto, pro filia quam nequitia spiritus pollederat supplicanti, respondisse: Ne a me opem petas, nam & ipse peccator sum: si in Christum credas, eicem pro filia tua supplex fiam. Unica responsione tria simul expressit bona: humilitatis observationem & gloriae fugam, fidei virtutem, infirmitatis remedium. Ex Athen. in vita. Idem.

De S. Joanne Canonico regul. in Anglia, cujus etiam supra meminimus, memoriae proditum, quod cum Inclusionem visitaret, ut spiritualibus ejusdem frueretur alloquiis; illa quasi primis verbis se visionem habuisse diceret, aquilae videlicet circumvolantis, adderetque: Tu pater illa aquila es, pro excellentia meritum tuorum. Quo audito, ille recessum parat dicitur: Nos eo fine accessimus, ut mutis sermonibus Dei gratiam conciliaremus. At video, malus daemone, vitiorum nostrorum sagax explorator, per has inanes laudes aditum sibi in animos nostros parat. Ita virgines illae, dum de virginitate sua gloriam foris expent, veluti fatuae in vasis suis oleum habere noluerunt. Ex Sur. tom. 5. in vita ejusd. idem ibid.

B Erat quoque S. Pacomius Abbas admirabilis sanctitatis & prudentiae: cum namque adverteret, quemquam ex suis duas parvas flores a se uno die factas (cum reliqui non nisi unam confecerent) ex adverso sibi potuisse, ut ab eo laborantis praedicaretur industria, dixit adstantibus gemens: Frater iste a mane ad vesperam usque laborans, totum suum opus daemone consecravit, ac rogantibus ejus rei causam, respondit: Quia nihil sibi fructus ex eo opere reliquit, cum plus amarit gloriam hominum, quam contemnenda erat, quam Dei largitoris quae maxime diligenda. Quare cum severe puniens, concepte vanitatis vitium praesenti medicina sanavit. Ibid. tom. 3. in vita.

Etiam sceminis hic sua laus. Sara quidem Abbatissa, Deo devota, cum daemone suggestionis diu vexata, tandem eam respulisset, eique humani generis hostis apprensus diceret: Fateor tu me vicisti: Non ego, inquit, te vici, sed Dominus meus Christus. in vita PP.

Et ne alterius ordinis viros hoc honore privemus, quis Joannem Picum sileat, qui humanam gloriam fumo perfimilem aestimabat? dicebat autem: Fama vivis non nihil, mortuis minime profutura; tanquam quod scire ipse aestimabat, quantum Ecclesiae utilitati, eliminandisque erroribus conducere posse ciebat. Eleganter Boeth. lib. 2. Met. 7.

C Quicumque solam mente percipit petiit, summumque credit gloriam: Latè patentes aheri cernat plagas, arduumque terrarum finem: Brevem replere non valentis ambitum Pudebit aucti nominis. Laur. Beyerl. in Apoph. Christi. Carolus V. Imp. Require Apoph. de Christi honore, &c.

Addamus, quamquam 2vo diffitum, sensibus & huic loco tamen assitum, Ludovici ejus nominis duodecimi exemplum. Qui rogatus, cur causa Benedicti Scalgeri adversus Venetos patrocinaretur (illi enim Veronam atque oppida Scalgeri extorserant) Non his, respondebat, mihi opus, qui pro divitiis titulos & numulos avorum demum ostentare soliti sunt; innuens, vanam illam & sine re esse ostentationem, ac de ea gloriari, stultum & stolidum. Hinc acutè nobilem quendam, & desidiolum adolescentem redarguens Persius, ita loquitur:

Hoc satis: an deceat pulmonem rumpere vomis, Stemmata quod Tusco ramum millefimo ducis, Cenforemve tum vel quod trabeate salutas? Ad populum phaleras. Ex P. Scemil. in vita. Beyerl. sup.

Pura exempla virisque sexus require in Loco de Vanitate, ubi ex professo de inani Gloria agitur.

GLORIA COELESTIS.

Vide locum de Beatitudine.

GLORIA BELLICA.

Pote ex loco de Spoliis quaedam. Nempe Spolia despiciere, contemnere &c.

Gnoma.

GNOMARUM STUDIUM.

Vide Affectus, Amor rerum praesentium.

GNOMOLOGI.

Pete ex Titulo Ethices.

* GNOME.

QUID SIT, EJUSQUE EFFECTUS.

Gnome est pars potentialis Prudentiae, secundum S. Th. 2. 2. q. 51. in 2. q. 2. quia ea utitur prudentia ad finem suum: suntque, praeter Gnomem, Eubulia, & Synefis, aliae compartes ejusdem virtutis.

Gnome autem, quam philosophi Graeci, definiunt Aristoteles 1. 6. Ethic. cap. 11. Rectum iudicium equi & boni. Definitur autem equum & bonum Graeci non dicitur; quod cum sit contra verba legis, non tamen contra mentem legislatoris; ideoque prudentis iudicio relinquatur: Estque, iuxta Aristotelem, connexio legis, quatenus deficit ob universalem locutionem. Quod spectavit S. Thomas, quando dixit, Gnomem indicare ex principiis extraordinariis contra verba legis. Itaque Gnome dirigit aequitatem sine dicitur. De quo vide S. Thomam 2. 2. q. 129. & 51.

* Gnostici.

QUALES, EORUMQUE SECTA.

Gnostici fuerunt haeretici, dicti hoc nomine à cognitione & scientia, quam venditabant, ut ait S. Irenaeus. Non una est omnium sententia, quis hujus haeresis fuerit auctor. D. Hieron. Valentino & Basilide eam adscribit. Augustinus Nicolao Diacono, cujus meminerunt Acta Apostolorum. Irenaeus qui eorum contemporaneus, probabilis affirmat Carpocratem illius inventorem. Exortam autem voluit D. Hieronymus circa annum 129. Hadriani Imp. & Xisti I. temporibus.

Fuerunt foedissimi sectatores illius, ita ut quasvis haereses turpitudine superaverint. Animum dicebant ex Dei esse substantia. Omnia bruta rationis capacia, & intelligere. Creaturas esse à malo Deo. Ridebant, Deum Sabaoth Afini formam habere, quod Judaei dicerent promissum, Gen. 49. Ligavit ad vitam animam suam: & quia asma Balaam pro Judais, Deique populo steterat.

* Gothi.

QUI, ET UNDE.

Gothi, sive ut alii, Gotthi, sunt Theutones ex Insula Gothlandia, qui Livoniam & Lituaniae partem primam occuparunt: ut Carion. in Chronie. notavit. Utraque enim haec Regio Gothis est ex adverso per mare sita. Unde Procopius eos appellat, Cimmericos & Getas.

Potè Romanorum tempore in Hungariam & Thraciam progressi fuerunt. Unde & pelli non poterunt, quamvis ingentem exercitum cum Decio adversus eos miserent; nam & Decius ab eis caesus est. Postmodum tamen relicti istis regionibus, in Italiam & Hispaniam profecti, amplissimas duxerunt colonias. Quamvis tandem ab Hunnis & Vandalis, qui ex Scythia venerant, oppressi fuerint.

EORUM RELIGIO.

Gothi erant barbari & truculenti, mox tamen Christianam fidem amplexi fuerunt circa annum Domini 378. sub Damaso Papa. Quamvis Valens Imp. Arianus eis miserit doctores Arianæ sectæ, qui hanc gentem illius doctrinae contagio ita imbuerunt, ut ab ea avelli nunquam poterit: donec Gregorio Magno cooperante, ad fidem Catholicam venerunt sub Imp. Mauricio anno 591. Legatur Hist. Tripart. lib. 8. cap. 13. Sed clarius habes eam historiam apud Nicephorum lib. 11. c. 48. qui prolixe eam describit.

GOTHORUM DUCES, REGES, LEGISLATORES.

Quere in loco de Magistratu. Tit. Magistratus Chronologicè consideratus, §. Gothorum Ducet, Reges, &c. Item Locum de Fortitudine, & Legibus.

Gar.

* Grabatum, Grabatarii.

Grabatum sive Grabbatus cum simplici, aut gemino B. Lectice genus, quasi ab *grabis* *καθιδιον*, vilis lectulus ad ad meridianum apus, fed gestandis agricolis potissimum accommodatus. Caribianus vult esse lectissimum pauperum, in quo quidem nihil subternitur, sed supponitur capiti stramentum. In Concilio Altfiodorensi cap. 18. vocatur Grabatarii, illi quibus mors est vicina; quos tamen mendosa lectione alii gravatarios, id est, morbo gravatos appellant.

Est (Grabbatus) dictio in Scripturis usurpata. Quocirca Spyridon, cum Triphyllius in concione recitans verba Christi ad paralyticum, Tolle Grabatum tuum & ambula, pro nomine *τὸ γράβατον*, diceret, *επιπέδω*; indignatus, ac de cathedra sediciens, Tu ne, inquit, melior es illo, qui lectum dixit, cuius verbus tui confunderis? Hist. Trip. lib. 1. cap. 10. Sozom. lib. 1. c. 11.

Gradus Academici.

Vide Academia.

* Graecia, Graeci.

Graecia olim omnium artium & bonarum disciplinarum parens, nunc omnium Gentium miserrima, & maxime barbara, tota penè Turcicum iugum sustinet; & nè quidem praesae industriae vel ingenii vestigium habet, cum nulla sit in ea Accademia, nullus litterarum, nè Graecarum quidem cultus. Loquuntur enim Idioma barbarum, quod cum veteri illo aliquid habet similitudinis. Religione verò dissident ab Occidentalibus sive Latina Ecclesia, in multis Romanum Pontificem non agnoscunt, sed ipsi Patriarchas quatuor nominant: Constantinopolitanum, qui Europaeis praesit Ecclesiis; Alexandrinum, qui Ecclesias curat in Aegypto, & Arabia, cuius sedes est Memphis; Hierosolymitanum, qui Syriae curam gerit, & 15. Augusti in monasterio montis Libani sacra peragit; Antiochenum, qui Asiae locis dominatur.

Graeciam hodie vocamus tractum omnem, qui ad Orientem Ionio mari alluitur, ad Occasum Libyco, ad Ortum Aegeo ad Septentrionem montibus à Thracia, Myfia, Dalmatiaque separatur.

Fuit olim Regio florentissima, potens, & libera, sed dum in omnes altis imperium adfecat, serva primum à Cyro, postea à Xerxe, tandem à Macedonibus & Romanis, postremum à Turca subacta, exceptis insulis nonnullis, quae parent Reipublicae Venetae etiam hodie, sed Turcae tributum pendunt.

GRAECORUM ERRORES, ET SCHEMATA.

Dissent à Romana sive Latina Ecclesia potissimum in his Negant, Spiritum Sanctum procedere à Patre & Filio, siveque potissima causa, cur ab Ecclesia Latina desciverint. Ut enim Graeci primum in Ecclesia tempore Apostolorum marmuratum, uti constat Act. 6. ita primum quoque eam reliquerunt.

II. Asserunt, in pane fermentato necessario celebrandum, & consecrandam Eucharistiam, panemque azymum negant idoneam materiam Sacramenti.

III. Aquam in calice non permittunt. IV. Consecrunt hoc Sacramentum ad usum infirmorum Feria V. in Cœna Domini, idque pro toto anno.

V. Dicunt, necessarium sibi utraque specie communicandum. VI. Primas nuptias sacerdotibus permittunt, ulteriores damnant.

Paucos praeterea eorum errores Hofius, & post eum Praetolus tradit; qui quidem Hofius lib. de comm. virisque speciei, scribit, toties eos variis & peregrinis doctrinis abductos à fide defecisse, ut decies & quater ad Ecclesiam gremium redierit, & toties se abdicaverint. Plato in Timaeo vocat Graecos, pueros, ob ignorantiam antiquitatis.

Notandum quoque, Regnum Graecorum in S. Litteris, ut in lib. 1. Mach. cap. 1. & alibi, appellari non solum quod in Graecia est; sed etiam in Syria, & Asia, quia Seleucus qui in Provinciis regnabat, utebatur idiomate, moribus, & institutis Graecorum. Nonnunquam Scriptura vocat Graecos Gentiles, eò quod Graeca lingua maxime apud illos excelleret. Tandem per convicium, impossites, & fabularum inventores, ac nugatores, Graeci appellati fuerunt, teste Hieronymo Ep. 10. & 19. Tertul. lib. de pallio.

GRÆCA LINGUA.

Græca linguæ vulgaris usus apud potissimas nationes fuit, utpote inventio omnis ammentatis à Graecis fontibus diminavit in re litteraria ad Latinos. Unde Horatius instruit Poetas, admodum laborat, ut persuadeat imitationem Graecorum quorum exemplaria nocturna, diurnaque mani versari mandat. Meminit autem hujus linguæ communiter usitate, post antiquiores illos, S. Hier. Proem. lib. 2. comm. in ep. ad Gal. dicens, omnem Orientem loqui Graecè. S. quoque Ep. 18. de Civit. c. 2. dicit, Graecam linguam ceteris gentium linguis clariorem haberi.

Cicero ignarus linguæ Graecæ pecudes appellat, lib. 2. de Oratore. Martial. vero lib. 14. Epigram. 53. rusticos eos nominat, dicens in hunc modum de Amphiprotro: Rusticus es, nescis, quid Graeco nomine dicar: Spuma vocor nitri. Graecus & Amphiprotro.

De linguæ Graecæ pronuntiatione, aut elocutione & Dialecti, varia sunt iudicia, & quæque sunt alteri praesert. Ego illis accedendum censere, qui veterem pronuntiationem sequuntur, & per Beta, H Eta, non per Vita, & Ita, eloquuntur; quamvis etiam illa pronuntiatione nunc in trivialibus Scholis perierit obtineat, habeatque sua argumenta, quibus firmetur. Alibi tamen & à doctioribus passim prior adhibetur, quam etiam adhibuit peritissimus linguæ Graecæ Erasmus, & ante eum S. Hieronymus, alique veteres. Scriptum de germana linguæ Graecæ pronuntiatione tractatum, quem Basilea anno 1587. evulgavit, quidam sub nomine Philopappi Huralthospitalorum. Ubi vetus pronuntiatione valide asseritur.

GRÆCÆ LINGUÆ ANTIQUITAS, ET DIALECTIS.

Quere infra in Loco de Grammatica.

GRÆCÆ LINGUÆ CONTEMPTUS ET ODIIUM.

Carthagenenses Senatusconsulto caverant, ne quis litteris Graecis aut sermoni incumberet, postquam senserunt se litterarum illarum commercio proditos Dionysio, quocum bellum gerebant, eique significatum, quidquid decurrerent. Refert Cal. Rhod. lib. 22. A. L. cap. 17.

Val. Max. lib. 2. c. 2. narrat, Magistratus Priscos ad suam populique Romani majestatem asserendam inter cætera decrevisse, ne Graecis unquam nisi Latine responsa redderent, ob Latinæ linguæ aestimationem. Unde & Cic. in Verrem se à Romanis accusatum queritur, quod Graecè Syracusanum Scenati etiam in ipsa Syracusana urbe locutus fuisset.

Tiberius Cæsar prohibuit Romæ uti in iudicio & testimonii lingua graeca. Suet. in vita cap. 71.

GRAECORUM LEGISLATORES.

Quere Lex, Legislator.

DUCES, REGES.

Vide Locum de Magistratu. Tit. Magistratus Chronologicè consideratus.

GRAECORUM LUDI. PHILOSOPHIA.

Vide Tit. de Ludis, & Philosophia.

Grammatica.

* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA PARTITIO.

Grammatica, est scientia scribendi & cognoscendi quod profertur, secundum Arist. 1. 6. Top. diciturque à *γραμμα*, quod est littera; unde & *γραμματεια*, quod est litteratura, & *γραμματις* litteratorum dicitur.

Grammatica est ars litteraria, quae in emendatè loquendo scribendoque consistit, ut litterae suas custodiant voces, & depositum reddant legitibus.

* SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Grammatica est peritia eorum, quae magna in parte a poetis ac rerum scriptoribus dicuntur. Amm. in Porphyri.

Grammatices est scire consuetudinem de ipsius viginti quatuor litteris: Musices autem est docere cognitionem exactam & perfectam de ipsis. In Simpl. in Phys. lib. 1.

Grammatici, quia vocum figuras considerant, ideo octo orationis partes speculantur: philosophi autem, cum rem tantum contemplantur, sola nominis & verbi speculatione indigent, inquit Boeth. in introductione ad Car. Syll.

Gram.

A *Scriptis. Qui de Grammatica arte scripsere.*

Platonis tempore Grammatica nihil aliud admodum fuit, quam literas legere & scribere. At in Philebo videmus à Platone tractatum, qua via deceret literarum doctrinam institui: nec Cratylus ejusdem philosophi dialogo singulari, aliud quam grammaticum argumentum disputatum est, quippe qua ratione nomina rebus essent imposita. ARISTOTELES ultra Platonis initia progressus, genera, quae primis elementis efficerentur, comprehendit, comprehensa quoque posteritati mandavit. THEOPHASTUS Aristotelem magistrum imitatus est, ingeniumque in grammaticis studiis exercuit; adeoque philosophus uterque, grammaticae artis velut inventor, aut certe in primis auctor à Quintiliano efficitur. Sic enim ait lib. 1. cap. 4. Aristoteles quoque atque Theophrastus verba modò & nomina & conjunctiones tradiderunt: videlicet, quòd in verbis vim sermonis, in nominibus materiam (quia alterum est, quod loquimur, alterum, de quo loquimur) in conjunctionibus autem, rerum complexum esse judicaverunt, quas conjunctiones alii vocant. Paulatim à ceteris Philosophis, maximeque Stoicis, grammaticae res augeri atque amplificari coepit. Unde intelligimus, literarum studium apud Graecos in eo laudis & dignitatis loco fuisse, ut summi philosophi hujus artis commendatione, nominis sui famam memoriamque posteris gratam esse voluerint. Petrus Ramus lib. 1. Scholarum grammat.

NICANOR Alexandrinus grammaticus populari joco dicitur esse Sigmata, quòd de scripturae distinctionibus, quas Graeci *crusae* appellant, curiosè scripserit. Erasmus in Adag.

M. VARRO philosophus summus, de grammatica arte scripsit libros doctis, quos Latinae linguae commentarios inscripsit.

M. TULLIUS artis hujus (ait Quint. lib. 1. c. 6.) diligentissimus fuit, & in filio (ut ex epistolis apparet) certè loquendi usquequoque asper quoque exactor: imò verò etiam doctor Grammatica fuit, eamque in prima elocutionis parte statuit, ut percipitur Oratorio 3. in praecipis Latinitatis.

C. JULIUS CAESAR, bello civili, ad Ciceronem de Analogia, hoc est, de ratione Latine loquendi, accuratissimè scripsit, primoque in libro dixit, verborum delectum originem esse eloquentiae. Cic. in Bruto.

TERENTIUS Cartaginensis, sub Diocletiano, scripsit opus Grammaticae, quod adhuc extat, de literis, syllabis, & metris: cujus auctoritate Servius & Priscianus saepe utuntur. Ludov. Vivès in lib. 6. Aug. de Civ. Dei cap. 2.

Summum illum pietatis Christianae doctorem D. HIERONYMUM non puduit ad Latam de institutione scholae grammaticae in hac verba scribere: Fiant ciliere vel buxè, vel eburnè, suis nominibus appellantur. Ludat in eis, ut & lusus ipse eruditio fit. Et non solum ordinem teneat literarum, ut memoria hominum in canticum transeat: sed & ipse inter se crebro ordo turberet, & mediis ultimis, primis media miscantur: ut eas non sono tantum, sed & visu noverit. Cum verò ceperit temerè manum stylium in cetera ducere, vel alterius superposita manu teneri, regantur articuli, vel in tabella sculptur elementa, ut per eodem sulcos inclusa marginibus trahantur vestigia, ut foras non queant evagari.

CAROLUS Magnus Imperator grammaticam patris sermonis, hoc est, Germanicam, inchoasse dicitur. Crantz. lib. 2. Sax. cap. 8. Aveni.

OTFRIDUS monachus, exemplo Caroli Magni, Germanicam grammaticam scripsit: idemque opus Evangeliorum tantquam pietatis Germanorum primitias, patrii rhythmis edidit.

USU, CONVERSATIONE.

Huc illi, quorum imitatione Linguae discuntur.

Nullum sermonem melius, aut tenacius discunt pueri, nullum expressius, quam maternum: illum cum viris ipsis aut virtutibus, si quid horum habet, reddunt. In Valentiam à Jacobo Aragoniae rege Agarenis pulsis, immigrare jussi sunt frequenter viri Aragonii, & mulieres ILLERDENSES, à quibus incolebant. Ex utriusque nati filii, sermonem matrum tenuerunt eum, quem jam per plures quam ducentos & quinquaginta annos Valentini loquuntur. L. Vivès lib. 2. de Christ. ferm.

DISCIPULI GRAMMATICAE. UT PUTA DICTIONIS LINGUARUM.

VEL PRÆCEPTIONIBUS.

Consule locum Infrascriptis, ubi præceptorum tam publicorum, quam privatorum mentio fit, & per consequens etiam

Discipulorum grammaticos.

JOANNES SEGOBIENSIS Hispanus, à Felice V. Papa Cardinalis creatus, sub Nicolao V. abiectione honore, Cæsariensi Ecclesiae praefectus, in altissimis montibus pro monasterio contentus, vocatus ex Hispania Arabicae linguae magister, Alcoranum Mahumetis convertit & consutavit. Aeneas Sylvius cap. 4. Europ.

JOAN. CAPNIO Hebraicae linguae operam daret Romae, pro singulis horis Hebraeo doctori aureum unum perfolvit. Itach. Currens in Silesia Annal.

USU & CONVERSATIONE. Huc illi, qui linguas discunt Facile, Difficiliter.

Quod Lyricus de Graecis, nos iustitiae Belgis esse ferre possent.

Belgis ingenium, Belgis dedit ore vorando Musa loqui.

Dedit eadem tantis in imitando facilitatem, ut vulgato circumferretur proverbio: In sacco circumgestatum per regionem quamvis Belgam, ejus idioma unà cum aere imbibiturum.

Peragere.

ROBERTUS RETENENSIS, Anglus, archidiaconus Pampilonensis in Hispania, circa annum Domini 1143. peragratis Galliarum, Italiae, Dalmatiae & Graeciae scolis celeberrimis, tandem in Asia inter Sarracenos linguam Arabicam exactè didicit. Rogatu Petri Cluniacensis Abbatis, transfuit in Latium sermonem Mahumeti Alcoranum.

ANDREAS ALPAGUS Bellunenensis in Syria navigans, Arabicam linguam didicit, & praeter multos alios Sarracenorum libros, etiam Avicennam Latine interpretatus est.

SCRIPTATIONE.

Germania post Frederici II. Rom. Imp. fata, suum sermonem literis Latinis demum depingere didicit. Aveni. lib. 1. At idem lib. 4. tradit, Carolum Magnum patris sermonis grammaticam scripsisse.

Concilio Toletano, anno 1117. Patres cum Bernardo Toletano primare, multa de officio Ecclesiae statuerunt: sed & illud, uti deinceps SCRIBITORES omnes omisso charactere Toletano, quem Gulias Gothorum Episcopus invenerat, Gallicis literis uterentur. Rod. Tol. de lib. rerum Hisp. c. 30.

GRAMMATICI LITTERATI.

Grammaticus & Grammaticista Latinis sunt Literatus & Literator, ut Suetonius docet. Sunt (ait) qui literatum à literatore distinguunt, ut Graeci Grammaticum à Grammaticista: & illum quidem absolute, hunc mediocriter doctum existimant. Quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmabat. Nam apud majores (ait) cum familia alicujus venalis produceretur, non temerè quem non literatum in titulo, sed literatorem inscribi solent esse, quasi non perfectum literis, sed imbutum.

MELESIGENES, PHEMI ludimagistri Smyrnae opus, haeres, & scholae successor, in peregrinationibus cum visum amisisset, lingua Aelica HOMERUS, quasi caecus, dicitur esse, & scriptis suis attem poeticae occupavit.

ANAGALLIS, Corcyrae grammatica, Sphaerae inventionem Naulicae Aelinoi filiae adscribit. Suidas.

PAMPHILA in Grammatica commentarios scripsit, ejusque auctoritate utitur. Gell. 15. c. 16. & Volat. 1. 18. Antroph.

RHIANUS Cretensis, vel Ithacensis, primum fuit palaestra cultus & servus: deinde eruditus grammaticus evasit, aequalis Eratosthenis. Scripsit Heraclidem. Suidas.

PHILETAS COS, filius Thelephi, Philippi & Alexandri aetate, grammaticus Criticus: qui extenuatus, in inquirendum Adonopho dogm. obiit. Fuit praceptor Ptolomaei II. Scripsit epigrammata, & elegias. Idem.

ZENODOTUS Epheus verficator & grammaticus, Philae discipulus, sub Ptolomaeo I. primus Homerici corrector, bibliothecis Alexandrinis praefectus, & siliorum Ptolomaei praceptor. Idem.

ZENODOTUS Alexandrinus grammaticus, in urbem vocatus ad ea, quae ab Aristarcho in Poeta improbantur. Scripsit adversus Platonem de iis: de Homericis consuetudine: Solutiones Homeriarum dubitationum: in Hesiodi Theogoniam, & alia multa. Idem.

Calli.

A Callimachus F. Batti & Mefames, Cyrenæus, discipulus Hermocraatis Jalenis Grammatici. Sororis ejus filius fuit junior Callimachus, qui verus de infans scriptis. Tanta fuit industria, ut quovis carminum genere poemata scriberet. Sunt libelli ejus amplius decem. Fuit temporibus Ptolemaei Philadelphici, qui priusquam commendaretur, literas in vinculo Alexandriae Eleusine docuit, & usque ad Evergetem aetate processit. Idem.

Daphnis servus, grammaticus, à Cn. Pisarenfi M. Scauro venditus fuit 3000. & 700. festeris. Plin. lib. 7. cap. 29.

Aristophanes Byzantius grammaticus, filius Apellis tribuni militum, discipulus Callimachi & Zenodoti, Olympiade 47. Suid.

Aristarchus Samothrax, Alexandrina civitate donatus, patre Aristarcho, claruit 156. Olymp. sub Ptolemaeo Philometore, cujus & filium erudit. Scripsit commentariorum libros supra 800. Discipulus Aristophanis. Cum Cratete Malote Pergameno duo certavit, & analogiam contra Crateris anomaliam defendit. Discipulos pluraquam 40. reliquit. Obiit 72. annorum aetatis. Iniecit seipsum propter hypodem conficiens. Reliquit filios Aristarchum & Aristagoram, ambos fatuos. Homericos versus in ordinem redegit & illustravit, tantalientia, ut in proverbium abierit. Interrogatus, Cur ipse non scriberet? respondit: Neque se posse, quemadmodum vellet, scribere: neque velle, quemadmodum posset. Quidam eum sub Pisistrato vixisse falso arbitrantur. Gyrald. Dial. 7. Hisp. poe. ex Suida.

Apollodorus Atheniensis grammaticus, discipulus Parnaxii Rhodii & Aristarchi grammatici, scripsit historiam Atheniensem. Cui Amphychiones, sanctissimum Graecae Concilium, honores habuerunt. Quod decem nulli (quod sciam) contigit in aliquo genere artis, nisi Hippocrati, qui in pestilentia veritatem Graeciae utilisimus. Sabel. lib. 10. cap. 8.

Aclepiades Diotimi filius, Myrleanus (urbis est Bithyniae postea Apamea vocata) à prima stirpe Nicæus, discipulus Apollonii. Vixit sub Attalo & Eumene, Pergamenis regibus. Scripsit Philophicorum librorum correctioem. Docuit Romae sub Pompejo Magno. Scripsit multa.

Sofibus Lacedaemonius grammaticus, ex iis, qui emortui à resolvendo vel explicando dicuntur. Idem.

Apud Romanos olim grammatica ne in usu quidem, ne dum in honore fuit, cum bello potius quam disciplinis liberalibus operam darent Antiquissimi poetae & oratores, ut Livius & Ennius: semi graeci erant, & Graecè docebant: si quid Latine composuissent, praerebant. Primus itaque studium Grammaticae in urbem intulit Crates Mallotes, Aristarchi aequalis: qui missus ad Senatorem inter secundum & tertium bellum Punicum, sub ipsam Ennii mortem, ab Attalo Rege, cum in Palatii regione in cloacæ foramen prolapsus crus frengisset, per omne legationis simul & valetudinis tempus plurimas *axapases* fecit: à Romanis exemplo fuit ad imitandum, praefertim C. Octavio Lampadionis, qui Mævii Punicum bellum, quod unico volumine & continenti scripturae expofitum erat, divisi in septem libros: item Q. Varguntejo, qui Annales Ennii certis diebus in magna frequentia pronuntiabat. Auxerunt deinde Laelius Lannuvinus gener Q. Aelii, & Seminius Clodius, equites Romani. Haec Sueton. Tranquill. ex quo etiam sequentia sumpsimus.

Latius Praeconius, à patre praecone, & Istilo, quòd orationis nobilissimo cuique scribere solet, Q. Metellum Numidicum in exilium comitatus est. Post hunc magis magisque gratia & cura artis increvit, ut ne clarissimi quidem viri abluerint, quò minus & ipsi aliquid de ea scriberent: utque temporibus quibusdam supra 20. celebres scholae fuisse in urbe tradantur. Clari profectores sequentes fuerunt.

Servius Nicanor, Marci libertus, primus ad famam docendo pervenit. Ob infamiam quandam in Sardiniam fecerit, & obiit.

Ant. Opilius, Epicurei cujusdam libertus, primò philophilum, mox rhetoricam, tandem grammaticam docuit. Dimissa autem schola, Rutilium Ruffum damnatum in Asiam secutus, Smyrnae consenuit. Scripsit varia.

M. Antonius Gniphon, ingenium in Gallia natus, sed expofitus à nutritore suo manumissus, & institutus Alexandriae in contubernio Dionysii Scythobrachiensis: magno ingenio fuit & singulari memoria, comis & liberalis, nunquam de merce-

L. B. T. theat. Vitae Human. Tom. III.

de pactus. Docuit primùm in Caji Julii Caesaris domo, pueri E adhuc deinde in sua privata. Grammatica Rhetoricam conjunxit. Ejus scholam etiam Marcus Cicero Praetor intravit. Multa scripsit.

M. Pompius Andronicus Syrus, Epicuree sectae studio, in professione grammatica desidiosior fuit, minisque idoneus ad tuendam scholam. Itaque cum se in urbe non solum Antonio Gniphoni, sed pessimis etiam quibusvis postpositi videret, Camas fecerit, & ibi in otio pauperimus vixit, multaque composuit.

Orbilius Pupillus Beneventanus, primò apparitor, inde miles, mox ad studia rediit, & in patria docuit. Anno demùm 50. Romam tranfuit, Cicerone consule: docuitque majore fama quam emolumento. Acerbus fuit in reprehendendo, & plagosus. Vixit propè ad centesimum annum, & memoriam amisit. Statua ejus Beneventi in Capitolio ostenditur marmorea, sedentis ac palliati, appofitis duobus scriptionibus. Reliquit filium Orbilium grammaticum.

Attejum Philologum Atheniensem, libertinum, Capito Arateum J. C. inter grammaticos rhetorem, inter rhetores grammaticum fuisse ait. Discipulus fuit Antonii Gniphonis. Erudit multos nobiles adolescentes: inter quos etiam duo Claudii, Appius & Pulcher, futere, quorum comes in provincia fuit. Philologum se ob variam eruditionem appellavit. Coluit C. Sallustium, & eo defuncto Animum Pollionem, quos in scribenda historia aliquantum juvit.

Val. Cato, Butemmi libertus ex Gallia, Syllanis temporibus patrimonio exutus, docuit nobiles multos. Unde distichon illud:

Cato grammaticus, Latina Siren, Qui solus legit & facit poetas.

Senex obiit in magna pauperie, cum villa ejus Tusculana creditoribus cessisset. Auctor ejus carminis à Gyraldo existimatur, quod Virgilio tribuunt, & Diras vocant.

Cornelius Epicadus, & L. Cornelii Sylle dictatoris libertus, filio ejus Faustio gratissimus fuit. Librum, quem Sylle de suis rebus imperfectum reliquerat, ipse supplevit.

L. Taberius Hiera, suo hero emptus de Castrata, & propter literarum studium manumissus, docuit inter ceteros Brutium & Cassium. Temporibus Syllanis, profcriptorum liberos gratis & sine ulla mercede in disciplinam recepit.

Curtius Nicia, Cn. Pompeji & C. Memmii amicus, item & Ciceronis. Sed cum codicillos Memmii ad Pompeji uxorem de supro petulisset, proditus ab ea, Pompejum offendit, domoque ei interdicitum est.

Lenaeus Pompeji Magni libertus, & penè omnium expeditionum comes, eo cum filiis sublato, schola fe sustentavit: docuitque in Carinis, ad Telluris aedem. Hic in Salutiæ pro Pompejo Satyram acerbitissimam scripsit.

Q. Caecilius Epirota, Tusculanus, libertus Artici Satirii equitis Rom. ad quem sunt Ciceronis epistolae. Cum filiam patroni nuptiam M. Agrippae doceret, suspensus in ea, & ob hoc remotus, ad Cort. Gallum se contulit; quod ipsi Gallo inter gravissima crimina ab Augusto obijcerit. Post damnationem mortemque Galli scholam aperuit; sed ita, ut paucis, & adolescentibus tantum, praetextato nemini, nisi si cujus parenti hoc officium negare non posset. Primus Latine ex tempore disputavit, primusque Virgilium & alios poetas novos praeregere cepit. Unde Domitii Marci verficulus:

Epirota venellorum nutricula vatans.

Verrius Flaccus libertinus, docendi genere maxime inclinat, cum pueros inter se committeret, non solum materia, quam scriberet, verum etiam praemio proposito: id erat liber aliquis antiquus, pulcher, aut rarior. Quare ab Augusto praceptor quoque nepotibus ejus electus, tranfuit in Palatium cum tota schola. Docuit in atrio domus Caillinae, & tertia centena in annum acceptis. Sub Tiberio obiit. Praeefte statua ei posita est, propter factos ordinatos.

L. Craffius Tarentinus, libertinus, cognomine Panfa initio circa scenam versatus est; deinde in Pergola docuit, donec commentario Smyrnae edito plurimum inclaruit. Nobiles multos erudit, & in his Jul. Antonium Triumvirtilium, ut Verrio quoque Flacco compateretur. Sed demissa repente schola, tranfuit ad Q. Septimonia philophilus fecit.

Scribonius Aphrodisius, Orbilius servus & discipulus, à Scribonia Libonis filia, priore uxore Augusti, redemptus & manumissus, coequalis & amulus Verrii fuit.

Iii C. Jul.

A. C. JUL. HYGINUS, Hispanus, Augusti libertus, imitatus est Comum Alexandrum Grammaticum Græcum, Polyhistora conomine. Præfuit Palatinæ bibliothecæ, plurimosque docuit. Familiarissimus fuit Ovidio poeta, & C. Licinio consulari historico, qui inopiam ejus insistentavit. Hujus libertus fuit Julius Modestus, patroni studia imitatus.

C. MELISSUS Spoletii natus ingenuus, sed ob discordiam parentum expositus, literas didicit: & Mecænatu pro Grammatico dono datus, ab eo manusum, curam ordinandarum bibliothecarum in Octaviæ portu suscepit. Anno ætatis 60. libellos Ineptiarum sive Jocularum scripsit.

M. POMPONIUS MARCELLUS, pugil olim sermonis Latini exactior molestissimus, in advocacione quadam (nam interdum & casus agebat) sollicitum ab adversario tanta acerbitate reprehendit, ut Cassius Severus in impellatis iudicibus dilationem petierit, quoad litigator suus alium adhiberet grammaticum: quandoquidem non de jure, sed de sollicito controversia ageretur. Idem cum ex oratione Tiberium Cæsa rem reprehendisset, affirmante Atejo Capitone, & esse illud B Latinum, & si non esset, futurum certe: Jam inde mentitur Capito, inquit: Tu enim Cæsar civitatem dare potes hominibus, verbis non potes.

Q. RHEMMIUS PALEMOM, Veicetinus, mulieris verna primò, ut ferunt, Texturium, deinde herilem filium dum comitatur in scholas, literas didicit. Postea manusum, Romæ docuit, & Grammaticorum princeps fuit: quamquam omnibus vitiis infamis, ut nemini manus institutionem puerorum vel juvenum committendam Tiberius, & mox Claudius Imperatores prædicarent. Capiebat tamen homines cum memoria rerum, tum facilitate sermonis, & poemata ex tempore faciebat. Arrogantia fuit tanta, ut M. Varionem porcum appellaret: secum & natas & morturas literas jactaret. De se tanquam critico summo Virgilium in Bucolicis prælagivisse assererat, quando Palæmoni iudicium inter pastorem carmina committit. Luxuriæ delitissimus, fuit libidiniosissimus usque ad infamiam oris, simul & avarus.

M. VAL. PROBUS BERTIUS centurionem diu frustra petiit, donec tædio ad studia se contulit. Totus fuit in antiquorum Cæsarum emendandis, distinguendis & adnotandis: nulli præterea grammaticis parti deditus. Hic non tam discipulos quam sectatores habuit. Reliquit observaciones sermonis antiqui, hæc hæc tenens ex Tranquillo.

SPIRITIUS CARBILIUS Romæ ludum grammaticæ aperuit, mercede docens. G. literam primus invenit, quum pro ea C. litera prius uterentur. Libertus ejus Carbili, qui primus uxorem apud Rom. repudiavit. *Ravissus.*

TIMAGENES Alexandrinus sub Pompejo Magno captivus Romam ductus, a Gabino est emptus. Docuit Romæ usque ad Augusti tempora.

ASINIUS POLLIO TRALLIANUS, docuit Romæ tempore Pompeji Magni. Successit scholæ Timagenis. Scripsit bellum civile Cæsaris & Pompeji.

TRYPHON Ammonii F. Alexandrinus grammaticus & poeta, Augusti temporibus, & ante scripsit multa. *Suidas.*

C. SVETONIUS TRANQUILLUS, grammaticus Romanus, scripsit varia. *Idem.*

Tyrannio junior, Phœnix, Artemidori F. discipulus Tyrannionis senioris unde & Tyrannio dictus est, cum Diodes ante vocaretur. Captus & ipse bello Antonii & Cæsaris, a quodam Dymanthe liberto Cæsaris emptus, deinde Terentia donatus Ciceronis uxori, ab eaque manusum, Romæ docuit, & liberos scripsit octo & sexaginta. *Suidas, & Plin. in Lucullo.*

Tyrannio junior, Phœnix, Artemidori F. discipulus Tyrannionis senioris unde & Tyrannio dictus est, cum Diodes ante vocaretur. Captus & ipse bello Antonii & Cæsaris, a quodam Dymanthe liberto Cæsaris emptus, deinde Terentia donatus Ciceronis uxori, ab eaque manusum, Romæ docuit, & liberos scripsit octo & sexaginta. *Suidas, & Plin. in Lucullo.*

ALEXANDER Milesius, qui & Polyhistor, & Cornelius cognominatus, eò quod Cornelio Lentulo venditus, ejus pædagogus factus est, postea manusum, Syllæ temporibus. Lau-

renu perit, acibus, in quibus erat, flamma consumptis. Uxor E laqueo sibi conicivit necem. Fuit Cræticus discipulus, & libros scripsit innumerabiles, & Romæ libros quinque, in quibus ait: Hebræam fuisse mulierem Molo nomine, cujus scriptum sit lex Hebræorum. *Idem.*

Chalcenterum appellatum tradunt grammaticum Didymum Alexandrinum, sub Augusto, Didymi fallamentarii F. ob insaufabile studium: sicut a Demetrio Troezenio (qui scribit *Athenensibus 4. cap. 4.*) dicebatur Bibliolathas, ex voluminum numerositate, quæ incredibiliter concinnasset, quando fueret tria millia super quingenta. In quorum sex vanissimè in Ciceronem invehitur, siliographos imitatus maledictos scriptores. *Volat. lib. 19. c. 9. A. L.*

Seleucus Alexandrinus, cognomen Homericus, Roma docuit. Commentarios scripsit in omnes penè poetas. De Diis libros centum. *Suidas.*

Demetrius Adramytenus, temporibus Augusti, Pergami debebat. Ixion dictus, quod in aureum bracteum Alexandrinæ Junonis turro esset deprehensus: aut quod Euripidem Philotum Ixione fabula posset. Alii tradunt, quod cum Aristarcho magistro contendens, Ixionis ingravidum fuerit emulatus. Scripsit de verbis in u. definitivibus, enarrationem Homeri atque Hesiodi. *Idem.*

Luperus Berytus grammaticus, paulo ante Claudii Cæsaris posterioris tempora. Scripsit de particula *av*, quæ posse, debere, velle, solere aliquid fieri significat, & tres libros. *Suidas.*

Apollonius Alexandrinus, Romæ docuit sub Claudio, auditor Apionis Mochthi. Feruntur ejus libri de Grammatica duo. Anteroris nomen obtinuit, propter mutuum amore Heraclicid Pontici. *Suidas.*

Aplion Plitonici filius, cognomen Mochthas, id est, labor Alexandrinus vel Cretenus, discipulus Apollonii Archibii, docuit Romæ sub Tiberio Cæsa re, & Claudio: successit Theonis grammatici, æqualis Dionysii Halicarnassæ. Scripsit historiam de singulis gentibus, & alia. *Suidas.*

Dionysius Alexandrinus, Claudi F. à Nerone usque ad Trajanum docuit, ac bibliothecis præfuit. Fuit & ab epistolis, & à responsis, & legationis obijt: præceptor Parthenii grammatici, discipulus Chæremenis philosophi, cui etiam Alexandria G successit. *Suidas.*

Epaphroditus Chærenensis, grammaticus, Archie Alexandrini grammatici alumnus: à quo institutus, à Modesto Aegypti præfide emptus est: cujus filium cum instituisset, Romæ claruit sub Nerone, usque ad Nervam, cum tempore Ptolemæus etiam Hebræarum F. vir. Cum autem subinde libros mercaretur, ad 3000. coegit, eoque bonos & exquisitos. Corpore fuit magno & nigro, instar elephanti. Decessit anno ætatis 75. scriptis compluribus relictis. *Suidas.*

Jul. Pollux Naucratica grammaticus, sub Commodode principe docebat Athenis: scripsit ad Commodum Imperatorem, Onomasticon libris decem, & alia quædam, quæ non extant. Eum Philostratus inter Sophistas ponit: cujus characterem in dicendo narrat, nec laudans, nec vituperans. *Volat. lib. 18. Antroph. ex Suida.*

Apollonius Archibius Alexandrinus, docuit Romæ sub Trajano principe. Scripsit commentaria in Epigram. Callimachi.

Aul. Gellius tempore Trajani scripsit Noctes Atticas. Favorina maximè coluit. Hunc alii Agellium vocant. Æqualis ejus Ficus Optatus, qui librum Aeneidos Virgili antiographum in Sigillaris viginti aureis redemit. *Gellius lib. 2. cap. 3.*

Domitius infans, grammaticus in urbe Roma: id cognitum adeptus est, quod esset intracabulis, & valde morosus. *Gellius lib. 18. c. 7.*

Nicanor Hermia filius, Alexandrinus, sub Adriano Cæsare. Scripsit de punctis apud Homerum, & quod discrimen in sententiis inde existat. De punctis in univertium libros sex: & horum epitomen, librum unum. De punctis Callimachi. De voce *diva*, id est, o rex: de puncto, & alia. Ob quod opus à quibusdam per derisum Sugmatas, id est, Notis compunctus vocabatur. *Suid.*

Athenæus Naucratica grammaticus, tempore Antonini, scripsit librum Dinophilistarum, in quo commemorat eos, qui inter veteres splendidi convivatores habiti sunt. *Suid.*

Elius Donatus grammaticus, D. Hieronymi præceptor Romæ

A Romæ cum Victorino rhetore, ethnicus. *Sig. 15. Imp. Occid.* Cùm de Juliano Imp. Apostata morte nunciis Romam perlatus esset, jocabundus dixit: Quomodo Christiani dicunt, Deum suum esse patientem, & *avē* *avē*? nihil iracundius, nihil hoc furere præsentius, ne modico quidem spacio indignationem suam perferre possit.

EUGENIUS grammaticus, ob eloquentiam a fectus in palatium Valentianii junioris Imp. Abrogati Gothi ducis auxilio, Imperatorem noctu Vienne Gallie suffocavit, de laqueo suspendit, Imperium Occidentis arripit. Eum non sine sanguine & divina ope, quando humana jam nutare ceperant auxilia, Theodosius Imp. Orientis superavit. *Socrat. lib. 3. c. 25. & Hieron. in Epitaph. Napor. ann. Sal. 394.*

PAISCIANUS Cæsariensis scripsit de arte Grammatica ad Julianum Cos. Ad Cosroem verò Persarum regem, librum de Naturalibus questionibus: convertit in Latinum sermonem De situ orbis, carmina edidit. Claruit Athenis tempore Justiniani Principis. *Volat. lib. 18. Antroph.*

HELLADUS grammaticus Alexandrinus, sub Theodosio juniore, scripsit Lexicon ex ordine literarum. Item de laudibus Theodosii, & quædam alia.

LONGINUS CASSINUS, Porphyrii philosophi præceptor multæ eruditionis, criticus, vixit Aureliani temporibus, ab eodem interemptus, quod cum Zenobia conuisset, Odenati uxore. *Cæli. lib. 18. c. 26. A. L. ex Suida & Eunapii Porphyrio.*

AMMONIUS grammaticus, Syriani philosophi cognatus, proceritate corporis atque salubritate ei simillimus, enarrationem poetarum, & Græcæ dictionis correctionem artem occupatam diligebat. Hinc Ammonianus ille fuit, cui contigit animum habere sapientia audire. *Suidas.*

Palladas grammaticus in 1. Epigram. Græcor. sic de seipso scribit:

Μῦθος Ἀχιλλῆος, ἔστι μοι κρητὸν γρηθηταὶ
Ὀυδῆδους ποίησις γραμματικῶν ἀσπυροῦ.
Εἶδ' ἔσ' οὐκ ἄνευ τοῦ κατὰ κράτος μῦθου ἐκείνου,
Ποῦν γρηθητὸν μῦθον γραμματικῶν εἶδ' ἔσ' οὐκ ἄνευ.
Ἄν. Ἰ. ἀσπυροῦ βροχίδα πρὸν Ἀγαμέμνονα,
Τῷ δ' Ἐκκύλιῳ ἰστάσθαι, ἄνευ τοῦ ἐπὶ Ἰουλίῳ.

Grammatici Bardigalenses celebrati Aufonii carminibus, Leontius Beatus, cum fratre Jubendo, Phœbicius & Macrinus, cum Aufonii:

— Principio Credita puerities

Nil opis inde tulit.

Irem Herculæus fororis filius Thalassus, Citarius Syracusanus, Nicotianus, Atrillius Glabrio. Item, Ammonius, Anastasius Pictaviensis, Marcellus Narbonensis, Crispus, & Urbicenis.

DIOSCORIUS MYRÆUS, grammaticus, præfectus prætorio Leonis Imp. M. præceptor filiorum ejus.

CHALCIDIUS GRÆCUS grammaticus, distinctionibus in primis invigilabat. Lexicon scripsit, quod obitu ipsius superveniente, Jovianus ejus discipulus sibi vendicavit. *Volat. lib. 21. Antroph.*

CONSTANTINUS Constantinopolitanus Messanzæ docuit, & parvum Grammaticæ Græcæ opusculum edidit. *Volat. lib. 22. Antroph.*

DOMITIUS CALDERICUS, patria Veronenis, acri vir ingenio, primus qui suo sæculo poetas duriusculos diligentius cepit enarrare, & in eos commentarios edere admodum juvenis. *Volat. lib. 21. Antroph.*

D Grammaticorum nomen præci affectarunt complures, ob iudicandi auctoritatem, à qua Critici sunt dicti. Nec ætate nostra desuerunt doctissimi, qui ornati se appellatione ejusmodi arbitrati sunt: inter quos Angelus Politanus, & Antonius Nebriffensis Hispanus: qui pro varia & latè patenti eruditione, quum esset diligenter in omni scriptorum genere versatus, potuisset quodcumque nomen usurpare; non solum cum bona professorum ejsus arte venia, sed cum magna etiam lætitia, quod non parum gloriæ professioni suæ accessurum ex hujusmodi hominis splendore, & nominis celebritate existimasset: nihil tamen dici & haberi maluit, quam Grammaticus. Nec Pius II. Pontifex urbis Romæ nomen ejusmodi abhorruit. *Lud. Vives de Causis corruptæ artis lib. 2.*

GIARINUS VERONENSIS nomen magnum adeptus in Latina lingua vindicanda, quumquam majore affectu quam ingenio, felix discipulorum profectus: quorum celebritas, quantus vir ille fuerit, facile declaravit. Parem laudem in eo genere adeptus Victorinus Feltrensis, Guarini æqualis, & in Principum, L. B. T. theat. Vitæ Humanæ Tom. III.

affectatione æmulus: Gonziacis hic familiaris, ille Estenibus. *E. Sab. lib. 14. Em. 10.*

FRANCISCUS PHILELPHUS, ætatis suæ homo doctus & fortunatus, inter sui ævi poetas famam carmine primùm auspiciatus est: à Principibusque, qui eo tempore floruerunt, magnis honoribus, & re familiari auctus & honestatus fuit. Cujus vitia ineuntis adolescentiæ, postquam deserberet cupiditates, cum jam ætate matura censeceret, magnis postea virtutibus emendavit. *Alex. lib. 1. cap. 23.*

ANT. URCEUS, Brixienis patria, Grammaticus clariss. cum esset Forolivi, accidit, ut Princeps Foroliviensium Pinus, Antonio se commendaret, in via fortè sibi obviam facto. Cui Antonius subridens: Dii boni inquit, quam benè se res habeat, videtis: Jupiter Codro se commendat. Hinc omnes eum mutato nomine Codrum appellaverunt. Ex ejus schola viri doctissimi prodire. Inter cæteros Phil. Boroldus junior. *Barth. Bomanensis in vita Codri.*

JOAN. ANT. Campanus natione, patre rustico, Neapoli Laurentium Vallam audivit, qui illi uni ex tot hominum millibus in disputando palmam permittebat. Perussit literas docuit. Pio II. Pontifici gratissimus, Teramenis Episcopus creatur. Ob liberiores reprehensionem Sixti IV. in damnationem incurrit, & in exilium Neapolim abiit. Merore inde confectus, Senæ obiit quinquagenario major, anno Salutis 1477. Scripsit inter cætera Urbinatum historiam. Ex ejus schola viri doctissimi prodire. Inter cæteros Phil. Boroldus junior. *Barth. Bomanensis in vita Codri.*

JOANNES DESPATERIUS Belgæ, insignis sui temporis exstitit Grammaticus, ut qui ejusdem artis præcepta facili methodo complexus fuit; eaque passim juvenuti proponuntur in Scholis, quod sint eorum ingenis accommodata. Secuti sunt enim alii, qui hanc Spartam adornare conati fuerunt, sed irritò conatu: cum nemo illius facilitatem, & institutionem exæquare valeat. Quamvis Simon Verepæus ejusdem præcepta in meliorem formam redegerit, sic tamen ut Despaterii nomen retinerent. Antiquiores Scholæ non alium quam Despaterium per Verepæum formatum juvenuti prælegunt, & experientia constat, peritiores evadere grammaticos eos, qui his imbuuntur præceptis, quam qui novitia quædam secantur.

GRAMMATICI INDOCTI. LITERATORES.

THESTORIDES PROGENS ludimagister imperius, cum Homeri hospitis eruditionem subodoratus esset, eum domum suam recepit, ea lege, ut carmina, quæ faceret, audire desisteret, & à se describi pateretur. Fecit ergo apud illum minorum Iliada, & Phocæidem. Quorum copiam nactus ille, in Chium concessit, erectoque ibi ludu, carmina illa profusus, magna omnium cum admiratione, publicavit. *Hærod. in Homeri vita.*

De Heliodoro literatore sic scribit Lucili. in lib. Græcorum Epigrammatum:

Ἄν. Ἰ. γραμματικῶν μὲν δὲ μὲν Ἡλιόδωρος,
Εἶδ' οὐκ ἄνευ τοῦ τὴν ἴσην ἐν δὲ βίβλῳ.

In Auxilium Grammaticum Aufonius sic invehitur: *Emendata potest quemam vos esse magistri, Nomen qui proprium cum visio loquitur? Auxilium te nemp vocas, inscite magister. Da restum casum, jam sollicitissimus eris.*

Aufonius ad Philomusum, qui arbitrabatur le doctum librorum copia:

Ἐμπῆς quod libris tibi bibliotheca referta est,
Doctum & grammaticum te, Philomuse, putas.
Hoc genere & choradas, & plestra, & barbata conde,
Omnia mercatus, cras cubitarius eris.

PAPIAS grammaticus, è regione Transpadana oriundus, tempore Innocentii III. Pontificis, scripsit Dictionarium Latinum ex ordine literarum, quo aliquandiu sibi auctoritatem apud peritos comparavit. *Volat. lib. 18. Antroph.*

MARTIN. quidam insigne apud Danos nomen habuit, quod grammaticulus metaphysica proponeret perdiscenda, misceretque inaniter longissime distantia, invento ridiculo opere modorum significandi: in quo ulque hodie magnis boatus tonant muti grammaticelli, quasi rotati vertigine, quum nunquam ad elocutionem perveniant: inde gloriam captantes, unde ridet merentur homines inepti. Hic oratorem egit Erici IX. Danorum regis Romæ, apud Clementem V. *Cranz. lib. 8. Metrop. cap. 56.*

A

EXERCITATIO GRAMMATICA
CONSIDERATA.
RESPECTU VOCIS,
seu dictionis in
COMPOSITIONE , FLEXIONE
RECTA.

Non observata. Solacisimi, Barbarisimi.

Hammonis Sacerdos, quem aduentem Alexandrum Græcè cuperet salutare, ac *παιδιον*, id est, filiole, vellet dicere; per barbariam *παιδιδ*, inquit, id est, Jovis filii. Unde caelestis originis captata creditur gratia, cui initia error dederit. *Cal. lib. 2. cap. 20. A. L.*

Chryssippo Stoico, qui plurima scripsit, solacisimus familiaris, teste *Gal. lib. 2. de Hipp. & Plat. decretis, cap. 5.*

Datis quispian erat Persarum satrapes, sub Dario rege excellens in rei bellicæ gloria: Græcè loqui conatus, consueverat dicere, *ἰδωμαι*, ἢ *ἀπαρωμαι*, ἢ *χαίρωμαι*, id est, Delector, gaudeo, letor. Ea cum sepius ac malè Græcè pronunciaret, res in vulgi locum abiit. *Δαριδ* ἢ *μω*. *Suidas.*

Νῦν τὸν ἑπὶν ἡκε τὸ Δαριδ ἢ *μῶ*,
Ὁ Δαριδ ἢ *μω* τὸν ἑπὶν τῆς μεσημβρίας,
Ὁ ἰδωμαι ἢ *ἀπαρωμαι* ἢ *χαίρωμαι*. *id est,*
Adesit, ut ajunt cantilena Dardidis.
Quod mastropansis cecinit in meridie,
Ἦν letor, ut delector, ut que gaudeo.

Interpres Aristophanis in Pace addit, Datissimum usurpari pro Barbarismo, eò quod *χαίρωμαι* dixerit pro *χαίρω*, secutus vocum consonantiam, ἢ *ἐπινοήσαντων*. Nam *χαίρωμαι* Græcis non dicitur. *Erasm. in Adag. & Cal. lib. 2. cap. 13.*

Cùm rebellasset Athenienses, Demetrius Poliorcetes capta urbe, quæ jam fame macerabatur, illic pro concione, quæ ei erat advocata, largitus est dono iis frumentum. De quo cum ad populum verba faceret, effeteque locutus barbarè: quidam ex iis, qui in concione sedebant, quemadmodum verbum illud eloquendum esset, susclamavit. Tum ille: Ergo hujus quoque emendationis gratia, altera vobis quina millia medimnum dono. *Plut. in Apoph. Suidas in voce Δειρόν* sic scribit: Cum sub Alexandri successibus Athenienses pecunia egerent, & quidam Peregrinus se mutuum illis daturum *Δειρόν* barbarè promississet: tumultuati, benignitatem ejus repudiarunt. Sed cum errore correcto *Δειρόν* dixisset, tum demum liberalitate ejus usi, hominem collaudarunt.

Martialis in 1. Epigram. Cæcilianum solacizantem sic infestatur:

*Cum dixi ficus, vides quasi barbara verba,
Et dici ficos, Cæciliane jubes.
Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci,
Dicemus ficos, Cæciliane, tuos.*

Hinc colligit Priscianus, & vitium & fructum, posse quartæ esse declinationis, genere autem differre. Verùm à L. Valla reprehenditur, quòd pro vitio secundæ tantum sit, & propterea in ultimo versu pro Ficus, Ficos legi debere. Cæterum Priscianum reprehendens Valla, etiam ipse labitur, dum pro fructu quartæ declinationis ficum esse vult, masculino genere. Semper enim & pro fructu & pro arbore foemini generis est. *P. Ramus lib. 13. Schol. gram.*

D. De Ruffo rhetore Pictaviensi imperito, sic scribit *Anthonius:*

*Qui Reminisco putat se dicere posse Latine.
Ficubi Conscriptum esse, legeret Cor, si cor haberet.*

Demosthenes Valentis Imperatoris legatus, missus ad Basilium Magnum, cum in eum vehementer debaccharetur, barbarismo quodam fortè lapsus est. Ad quod risu Basilium exclamavit: Vidimus & nos Demosthenem sine literis. At cum importunitius oblatraret, ita objurgavit: Tuum est de pulmentariis cogitare, & non divina dogmata decoquere. *Soz. lib. 6. cap. 16.*

Quidam Bavarus, Latine lingue ignarus, baptizaret puerum, in nomine patriæ, filia, & spiritus sancta. Bonifacius Episcopus Moguntinus puerum jussit rebaptizari: Saleburgensis Episcopus Virgilius, & Sidonius Pontifex Laureacensis, baptismum ratum esse volebant. Turbæ excitatæ erant maximè. Zacharias Pontifex Romanus diffidium solvit, & Virgilius opinione confirmavit, circa annum Christi 745. *Gregor. III. in Epistola 2. ad Bonifacium* inquit: Illi qui baptizati sunt per diversitatem & declinationem linguarum gentilitatis, ta-

men quia in nomine Trinitatis baptizati sunt, oportet eos E. per manus impositionem & sacri christianis unctionem confirmari.

BARTOLUS Jureconsultor neotericorum princeps, uti cætera benè, ita hoc malè, cum summo tamen applausu, dixit: De verbis non curat Jureconsultus. *Ludov. Vives lib. 1. Corrupt. disciplin.*

SIGISMUNDUS Imperator cùm in Concilio Constantiensi lapsus fortè lingue, alioqui disertus ac facundus, multarumque linguarum peritus, à Grammaticæ regalis abstrasset, & Ichisma masculino, non neutro genere (ut Grammatici docent) protulisset, à Placentino reprehensus est Cardinale. Cui mox ex tempore dixit: Placentine, Placentine, ut omnibus placeas, minimè nobis placeas, qui minoris nos auctoritatis, quam Priscianum grammaticum, quem offendisse me avertis, existimas. Maximo omnium, qui aderant, cachinno suscepta est Cæsaris excusatio. *Cusp.*

SODALIS quidam noster Lutetia, inquit Vives, quoties disputaret, tot solacisimus, tot barbarissimus, ut aliud agenti non suboleret esse carmen. Admonuerat in epistola fröcipio, ut sibi caveret, nam sibi animo esse ipsum ac epistola fallere in calce etiam adjecerat, sese jam fessisse, nisi falleretur. *Eras. de Conjer. Ep.*

NUMEROSA VEL
OBSERVATA.

ERASMUS ROTERODAMUS pro Joco Thomæ Linacro viro eruditissimo epistolam scripserat metro trochaico tetrametro, sed ita temperata compositione, ut aliud agenti non suboleret esse carmen. Admonuerat in epistola fröcipio, ut sibi caveret, nam sibi animo esse ipsum ac epistola fallere in calce etiam adjecerat, sese jam fessisse, nisi falleretur. *Eras. de Conjer. Ep.*

PRONUNCIATIONE.
Quoad
TONUM IN
ORATIONE.

D. AUGUSTINUS in libris Confessionum narrat, sibi etiamnum puero in scholis frequenter clamatum fuisse, ubi Junonis apud Maronem in Trojanis Iomachantis verba & affectus felicitis cæteris adumbrasset. *Erasm. Rot. de Ratione conf. epist.*

Vocibus singulis.

DEMOSTHENES adhuc juvenis cum pro concione per Alcicapium jurans, non *ἀλλήλων*, sed pro hoc, *πρότερον* pronunciasset, quòd is deus *ἦν*us, hoc est, propitius esset: à populo tamen novitatis causa exploitus est. Cum non satis aptè omnia pronunciaret, sepius à Satyro derisus est. Literam primam suæ artis, R. scilicet, difficilem pronuncians, lapides in os accipiens, habuim loquendi sibi fecit. *Volat. & Alex. lib. 4. c. 14. ex Plut.* Eubulides Milesius, Megaricæ sectæ afflicta, Demosthenem docuit P. literam pronunciare. *Laert.*

TEMPUS.

De Marco quodam corripiente primam syllabam nominum Facundia & Facundus, sic ludit quidam:

*Dum laudaretur Marci facundia Galli,
Fraudata est metro vox ea sepe suo.
Laudibus ac tandem miscens ubi vota precatur,
Vt longum hac terras lingua facunda colat:
Tum ego: Quam vis longum vis Marce morari,
Omne non fasto cur facis esse brevecum?*

In quendam alium, qui primam vocis Facetus syllabam proderat, hac scribit:

*Ille poetarum quas facula nostra tulere
Magnus Aristarchus (jactat ut ipse quidem)
Versibus in paucis, quos jam declamat ubique,
Facetus scripsit: nomne facetus homo est?*

QUALITATEM
In Genere.

Aristoteles Sectionis II. problemate 30. distinguit, *τραυλότητα*, & *ἰσορροπία*, & *ἰσορροπία*. *Translusit autem desinit*, quum quis literam quampiam non potest exprimere, non quamlibet, sed certam aliquam: hanc Theodoros veritè blasiat. Alii etiam *βαρβαρισμὸν* videntur appellasse, *ἰσορροπία* vero, quum litera quampiam aut syllaba supprimatur, veluti quum *πρὸς* dicitur, pro *πρὸς* dicitur: hanc Theodoros veritè blasiat, *ἰσορροπία* vero quum non valent expedire syllabam syllabam contexere pronunciando: quam Theodoros veritè blasiat. *Quæ vitia frequentius accidunt pueris, senibus, ac violentis; unde Flaccus balbam jenc-*

A *senectutem vocat. In causa putat Aristoteles vitium imbecillitatem, quæ non queat animo subvenire.* Erasmus in proverbio *βαρβαρισμὸν*. De his in præcis respectu Vocis, sive Pronunciationis vitiose. De quibus aliquid etiam inter corporeas functiones lesas, egimus. *Iam quia Rhetori quoque pronuntiatio grammatica inseruit, fit ut Rhetori vitio vertatur sepe, quod Grammatica proprie vitio dandam erit. De quare sub titulo de Adhione impia.*

THEOCRITUS ad Grammaticum quendam ludimagistram malè pronunciantem accedens, rogavit: Qui sit, quòd Geometriam non doceas? Is quom respondit: Quoniam ignoro. Quid tum? dixit, nam legere etiam nescis. Notavit autem pronunciantem vitium in Grammatico, qui non tantum ipse lingua promptus esse debet, sed aptus etiam, ut aliorum verba & voces fornet. Theocritus dictum extat apud *Stob. Serm. 2. de Imprud.*

THEOPHRAST. philosophus, cum percontaretur Athenis ex ancilla quadam, quanti olera venderet: respondit illa, & addidit: Hopes non peto minoris: tui ille mellest, se non effugere hopesi speciem, cum atatem ageret Athenis, optimeque loqueretur. Ex ipso hoc vocis hopesitem esse cognoverat (erat enim Lesbius) non Atheniensem. *Cicero in Bruto.*

Specie. Secundum

Claritate.

Duo sunt in primis oris vitia, quorum altero peccantes, Ichonotetas vocat Fabius, quum gracilis est nimium, & tenuis literæ enunciatio: alterum vitium, Plateasimum appellavit iter à vocis (ut opinor) pinguetudine. Quomodo qui loquitur, & curiosus gutture utitur, *λαρυγγίως* Græcè dicitur. Meminit præter Cresiphontem & Demosth. Dotes præcipuè, ut playtomii incessantur à Græcis, quòd julto frequentius in dictionibus A literam ingerant, unde apud Theocritum garrule muliercule coarguuntur *πληρωτῶν διστοι ἀπάρτα*, ut quæ Syraculæ forent. In Cotta literarum damnabatur dilataro. *Cal. lib. 13. c. 1. A. L.*

Puritate vel Impuritate & Crassitate.

Omnes, qui crasse loquuntur, Barbari dicuntur: quales sunt nationes omnes, præter Græcos. Alia quædam barbara loquendi pravitatis in lingua Græca est, si quis non perfectè Græca pronunciet, sed ita quemadmodum barbari solent, qui ad Græcam dictionem introduci, expedire linguam non possunt, quemadmodum nec nos illorum orationem; quod apprimè Caribus contigit, quos propterea Homerus *βαρβαροφώνους* appellat. Nam alii non multum cum Græcis differabant, nec Græcè vivere, nec eorum dictionem edicere pertentabant, nisi perari admodum, ac fortuito viri congrederent. At Cares, barbari esse illo jure appellati, ex quo in Græcia militarunt. Posteaquam verò in Asiam profecti sunt, Jones cum eis ac Doret trajecere. Ab ea causa barbarissimus dicitur esse. Eum in his dicere consuevimus, qui malè gracifant; non autem in iis, qui Caricè loquuntur. *Strab. lib. 14.*

ISTE Galaadites Isaacitarum judex, victos Ephraimitas in Ictadus ad Jordanem usque, cum eosâ suis dignoscere non posset, in ripa fluvii deprehensus, transitumque petentes, & te Galaadites esse simulantes, jussit, ut pronunciant Schiboleth, quod lingua sacra spicam significat. At cum illi gentis vitio Siboleth dicerent, suo jussio tanquam forices detecti, trucidati fuer. *Indic. cap. 12.*

ALCIBIADES blasus fuit, ita tamen ut blasus voci illius splendorem, & sermoni gratiam afferret, teste *Euripide*. Aristophanes in vespis comica festiuitate eum sic loquentem introducit:

Ὅλας θέλον τὸν κεραλλὸν κίρα ἢ *ἔχον;*
Ὁ πρὸς ἑσπρον τὸν κεραλλὸν κίρα ἢ *ἔχον;*
Cernis Theolum? capite corvino ille adest.

Et Archippus filium Alcibiadis prestingens: *Graditur*, inquit, nitens, *vix pallium luxu trahens*: *Ne non patri sit similis ipse filius,* *Inflectit & collum, simul balbutiens.*

Plut. in Alcibiade.

Vice e, usurpatur β, Macedones, qui *βίλατον*, *βαλαρον*, & *βερνιελον* dicunt. At Delphi vice π. Namque *πατιον*, *βατιον*, *πιτρον*, *βικρον* ferè dicunt. *Plut. in C. Græc.*

EPETIPE AN P in proverbium abiit, quoniam crebrius & asperius eam literam pronunciant. *Strabo lib. 10.* Meminit *Plat. in Cratulo* *ἄρα ἐν τῷ ἐπι πὶ αὐτῷ ἡμῖν ἰδὲ γαρδὸν σκαλῆρῶν*, ἢ *ἰστῆρῶν* ἢ *σκαλῆρῶν*. Ex quo liquet, Etruscis adamaf. *L. B. Theat. vit. Human. Tom. III.*

se hanc literam, quam loco o supposuerint, quum contra E Athenienses eam verterint in o, ut *δαρῖν*, pro *δαρῖν*. *Erasm.*

Scribit Diomedes, esse Jotacismum, quum r. litera iusta justum decorum enunciat. Idem esse Landacismum intelligit, quum l. sono profertur pleniore. Invenimus tamen aliter à *Martiano lib. 5.* vitia hæc definiti. Esse quippè Metacismum, quum verborum conjunctione m. literæ affiditate colliditur: ut si dicas, Mammam ipsam ama quasi meam amantem. Landacismum verò, ubi l. plurimum distans: ut si dicas, Et Sol & Luna lucent luce alba lactea. Jotacismum, ut si enuncies, Junio Juno Jovis jure irascitur. Polysigma, ubi litera crebrius geminatur: Sosis in solatio soleas larciebat suas. *Cal. lib. 3. cap. 1. A. L.*

PAUSANIAS Cappadox, qui Casarea docuit, grammaticus in primis clarus, & Aristidis æqualis, Herodis Attici discipulus, enunciabat pingui lingua more Cappadocum, collidendo consonantes, longa contrahendo, & brevia producendo: ex quo vulgò Cocus vocabatur, quòd ex multis sumptuosus cibus non luave obsonium prepararet. *Philost. apud Volat. lib. 18. Antroph.*

CICERO irridet Testem, qui contra Fundanium dicebat, cum primam Fundanii literam pronunciare non posset, auctore Quintiliano. Vel quia digamma solis Eolibus familiaris esset, vel quia tanquam v. consonantem pronuncibat.

Arrii cupidum vitiosam pronunciationem (quam hodie inter Germanos Helvetii, inter Italos Hetrucii, populariter imitantur) his versibus taxat Catullus:

*Chommoda dicebat, si quando commoda vellet
Dicere, & Hinfidas Arrius Infidas.
Et tum mirifice perabat, dixerat Hinfidas.
Cum quantum poterat, dixerat Hinfidas.
Credo sic mater sic liber avunculus ejus;
Sic maternos avos dixerat, atque avos.
Hoc misso in Syriam requierant omnibus aures;
Audiebant eadem hæc leuiter, & leviter.
Nec sibi post illi meuebant alia verba,
Cum subido afferretur nunciis horribilis,
Ionios fluctus postquam illic Arrius isset,
Iam non Ionios esse, sed Hionios.*

In quendam malè recitantem, *Mart. Epigram. lib. 4. sic* & ludit:

*Quid recitaturus circumdas vellera collo?
Convenit nostris auribus ista magis.*

Cùm Genuenses bellum contra Venetos gererent, multorum annorum maximis cladibus utrinque nobilitatum, ajunt deprehensus in urbe Veneta hostes: cum te Genuenses esse negarent, Cabra (quæ vox Capram linguæ Itatorum significat) pronunciare jussit, gentili metathesi Cabra protulerunt, suoque proditi indicio, de Rivi alti ponte precipiti sunt in subiectum canalè.

EXERCITATIO GRAMMATICA CONSIDERATA
RESPECTU SCRIPTURIONIS
Quo ad Characterum
COMPOSITIONEM, FORMATIONEM
RECTAM.

Non observatam.

Magnefi Anaxenoris citharedi statuam dedicarant, cum inscriptione ex Homeri *Odyssæa* mutata:

*Ἦτοι ῥῶ τῆδε καλον ἀκούω ἐπὶν ἀοιδῶν,
Τοῖσ' αἰετῶ ἢ δ' ἑστῆς ἀνακτῆρος αἰδῶν.*

Hic cum artifex inconsideratè ultimam secundam versus literam, i nimium, prætermisisset, quòd basis longitudo non sufficeret: civitas barbarissimi accusata est, contentendibus Grammaticis, propter ambiguitatem, quæ oritur ex scriptura, num ultima dictio in nominativo casu accipienda sit *ΑΤΑΗ*, an in dativo *ΑΤΑΗ*. Nam multi Dativum sine Iota scribunt. *Strab. lib. 4.*

AUGUST. CÆSAR Orthographiam, id est, formulam rationemque scribendi à grammaticis institutam, non adeò custodit: ac videtur eorum sequi potius opinionem, qui periinde scribendum ac loquendum existimant. *Suet.*

ELEGANTEM.

Observatam. Καλλιγράφα.

De his sub Mechanicis, diverfo respectu.
Non observatam.

In Pseudolo Plautina, quidam literas ab Amica scriptas irridens, notulis malè concinnatis, cujusmodi ferè scriptura

A mulierum: Querunt, inquit, hae literae sibi liberos. Alia aliam scandit. Has quidem pol credo nemo nisi Sybilla legerit, interpretari alium posse reor neminem. An obsecro hercule habeat... ue gallinae manus? Nam has quidem gallina scripsit. Erasmus in Adag.

NOVAM. INSOLITAM.

Consule Tit. Stratagematum, de Literis occulte mittendis; quandoquidem ars scriptoria varios admittit dolos.

MOTIONEM, SCRIPTORES VELOCES.

Vide Celeritatis locum.

Orationem Catonis, quam in Senatu contra Catilinam habuit, perhibent unam extare: quod Consul Cicero expeditissimos scribas ante docuisset notas, quae minutis & brevibus figuris multarum vim literarum complectebantur: inde alium alibi passim disposuisse in curia. Nondum enim usi fuerant, neque habebant exceptores actuarios: sed tunc primum rudimenta eos asserunt potuisse. Plur. in Catone minore. De his Marcialis:

Curram verba licet, manus est velocior illis: Vix dum lingua, suum dextra peregit opus.

Aquila libertus Meccenatis, ab hero edocuit (qui primus notas celeres reperit) & scribere potuit velocissime, & notas has etiam alios docuit. Dion. in Augusto.

TARDI.

Consule locum Tarditatis.

EXERCITATIO GRAMMATICA RESPECTU SIGNIFICATIONIS CONSIDERATA.

QUATENUS SCILICET VERA VEL FALSA VERBORUM SIGNIFICATIO.

Non hic de veritate practica, sed grammatica loquimur, cuius vox nota veris est, vel non est. Deductio, Erymon.

Graeci Hyadas & P. v. appellaverunt, quoniam sideris huius exortu magni orientantur nimbi. Romani similitudine decepti, quasi a subibus nomen impostum esset, Suculas appellaverunt. Plin. lib. 18. c. 26.

CAIUS GRANIVS Coelbes dictos putat quasi caelites, quod onere gravissimo vacent. Pari ratione Graecis id est dicitur. Modestus vero, quia caelo Saturnus genitalia abscederit, hoc nomen appellat putat, qui uxore careant. L. Aelius piniuit, quia petat vitam. M. Varro agrum (quae tamen Graeca vox est) quia agatur in eo aliquid: & Graculos, quia gregatim volent (cum tamen a voce sic dicantur) dictos, Cicero persuadere voluit. Quintilianus. Idem Varro Furem in furio, hoc est, atro, dictum opinatur, quod per noctem, quae atra sit, facilius furetur. At Graecorum imitatione, ut illis quoque, sic Latinis Fur dicitur, ut Gel. & Prisc. lib. 1.

AMBIGUA.

Vide supra, Certamina grammatica de Literarum significatione.

A Romanis consultum oraculum de pestilentia favita, responderat: Id accideret, quod dii depicerentur. At illi non intellexerunt, donec Circeusum die puer de conaculo pompam superne depexit, & matri narravit, quo ordine Arcana piliunt, quod vehiculi genus est, composita vidisset. Quae re Senatui nunciata, tunc placuit loca velis contegi, qua pompa delectaretur. Polyd. lib. 6. c. 11. de Rerum invent.

OBSCURA.

Obscuritas veluti pestis quadam cognitionis, partim philosophica est, hoc est, ex rei perplexae & cognitae difficultate natura pendet, qualis ferè in Metaphysicis & Mathematicis reperitur: partim organica, & quodammodo accidentalis, inopia organorum ad explicandum conferentium, rationis scilicet & orationis. Rationis fax est Methodus, cuius ignorantia obscuritatem parit Logicam. Orationis dux est Grammatica & Rhetorica, quae si deficiant in verborum delectatione, compositione, usurpatione, obscuritatem grammaticam invehunt. Ceterum ne nimium videamus disparitatem singula, obscuram orationem, sive illa studio sit affectata, sive vitio quodam quacunque de causa oriatur, uno veluti fasce complectemur, ne idem Titulus diversis in locis, diverso licet respectu, sit repetendus. Consule Tit. Oracula obscura.

Lycophron Chalcedensis poeta obscurissimus, praeteritum in ea tragedia, quam Alexandram inscripsit, quae exoticois Graecae passim a Grammaticis dicitur, floruit etate Ptolemaei Philadelphi, & inter septem poetas (qui tunc insignes vixere)

connumeratus fuit: quos a numero Plejadas septem vocare: Eaque inter septem Plejadas una vix conspicitur, sic inter septem illos obscurissimus est Lycophron. F. Ios. ph.

Karpis transmutata, id est, Carcini poemata, dicebantur ea, quae videntur obscurius & instar aenigmatum dicta.

Vide Tit. Tragicorum.

EURIPIDES obtulit Socrati librum ab Heraclito conscriptum. Eo loco, rogavit, quid illi videretur. Per Jovem, inquit, quae intellexi, mihi praecleara videntur, qualia puto & ea, quae non intellexi: sed opus est Delio quopiam natatore. Notavit perquam false affectatam ejus scriptoris obscuritatem, unde & exoticois cognomen inditum est. Laerti.

MELANTUS interrogatus, quid sentiret de tragedia Diogenia? negavit se vidisse, quod esset obiecta verborum involuctis. Notans, ambitiosa verborum copia rem obscurari. Refert Plut. de vit. alex.

DEMONAX, cum quendam nescio quid interrogasset, atque iis obscuris planè verbis respondisset: Non intelligo, inquit, quid dicas. Loqueris enim cum aperte tecum loquente, quasi Agamemnon adhaec viveret. Erasmus lib. 8. Apoph.

TIBER. CAESAR in oratione Latina secutus est Corvinum F. Messalam, quem senem adolecentem observaverat. Sed affectatione & morositate nimia obscurabat slylum, ut aliquando ex tempore, quam à cura, praesantior haberetur. Suet.

Ad Sextum sic scribit Marcialis Epigr. lib. 1.

Scribere te, quae vix intelligat ipse Modestus,

Et vix Clavianus (quid rogo) Sexte juvat?

Non lectore tuis opus est, sed Apolline, libris.

Judice te, major Cinna Marone fuit.

Sic tua laudentur: sane mea carmina Sexte,

Grammaticis placeant, & sine Grammaticis.

FAVORIVS philosophus audiens Adolecentem obscurioribus & inusitatis verbis loquentem: Curius, inquit, & Fabricius, dilucidè cum suis loquentur, neque Aruncorum, Sicanorum, aut Palesagorum verbis quicquam sunt loquuti. Gel.

Aetius Labeo Iliadae Homeri, aetate Persii, ita obsecrare verit, ut nec sua ipse agnosceret. Gyrals. Dialog. 8. hist. poet.

D. Hieronymus irridens Ioviniani slylum, ut perturbatum & obscurum, scribit, Plautinarum literarum illud in eam quadrare, Has praeter Sybillam legere nemo.

ANTIQUA, OBSOLETA.

ANTIQUITUS AFFECTATA.

CECIDES pervetusus quispiam Dithyramborum poeta fuit, cuius scripta jam situm olebant; unde in jocum vulgarem abierunt. Quemadmodum jure tenebatur hodie, qui immoedica & intempestiva affectatione venustatis, è duodecim tabulis, ex Ennio, Lucilioque petunt sermonem, perinde quasi cum Evandri matre loquantur: nec ullum verbum elegans esse putent, nisi quod sit ab usu vulgari remotum. Erasmus.

LUCIANUS in Dialogo, qui AETIPANHE inscribitur, ineptum vetustissimum vocum usurpatorem introducit: quem Archigenes tandem vomitorio exhibitio curat.

AUGUST. CAESAR, cum genus orationis simplex, elegans & temperatum spectaretur, Cacozelos, & antiquarios, ut diversum genere vitiosos, pari fastidio sprevit. Exaginat nonnunquam in primis Meccenatem suum, cuius in myrobrechis (ut ait) cincinnos ulque quaque persequitur, & imitando per jocum irridet. Sed nec Tiberio parit, & exoletas interdum, & reconditas voces occupanti. M. quidem Antonium ut insanum increpat, quasi ea scribentem, quae mirentur potius homines, quam intelligant. Suet.

CAUSIDICUS quidam ad praetorem magna voce in clamabat pro suo cliente: Rogo praetor subveni, succurre, quoniam usque nos bovinator hic dematur. Commurmurato fieri cepta est à plerisque, qui aderant, quasi monstrum verbi admirantibus. At ille serio gestiens: Non enim Lucium, inquit, legitis, qui tergiversatorem bovinatorem vocat. Gell. lib. 1. cap. 7.

ROMANUS quidam causidicus, affectator vetustatis, de quodam equite Rom. qui fordide miserèque viveret, loquens, in haec verba prorupit: Hic eques Romanus applaudam edidit, & hocce bibit. Turbari primò astantes inuitatis verbis, mox tanquam Thufè aliquid, aut Gallicè dixisset, universi riserunt. Legerat ille Applaudam apud Plautum à rutilicus vocari frumenti furfurem, Flores verò apud Caecilium, vini facem è vinaccis expressam: Et his vocabulis orationem suam stultè volebat ornare. Gell. lib. 1. c. 7.

BAPTISTA PIUS Mantuanus, Mediolano Bononiam iturus, equum

INTERROGANDO QUESTIONES GRAMMATICAE.

Aequum à veterinario certa in dies mercede conduxit. Deinde remisit equo, per literas veterinarium certior fecit, his verbis: Pegatus, qui me tollium successit, apud Campane perbis copam erit: inde petito, pharetrumque ex eo, tempore praetido. Veterinarius, quod chirographum non intellexisse affereret, integram lapsum temporis mercedem postulabat. Eorum consentu, qui de re pecuaria jus dicebant, placuit literatorem condemnari, qui ignobilis hujusmodi sermone uti non debuit. Alcias. de verb. sign. lib. 2.

NOVA: NOVITAS AFFECTATA.

Conventus aliquando agebatur, in quo Triphilus erat Lederensis Episcopus, literarum artibus probè eruditus, & legibus discendis à Beryti versatus. Hic Episcoporum iustu populum docens, Sphridone Episcopo praesente, quum dictum quoddam referre deberet, quo Christus ad paralyticum est usus, illud scilicet: Tolle grabatum tuum, & ambula: pro grabato, lectum dixit. Quod molestè ferens Sphridon: Non tu quidem, inquit, praesentior es eo, qui grabatum dixit: qui igitur, malum, pudor ille est, verus illius cum decoro non velle uti? Atque his dictis, in conspectu omnium Episcopali sede exurgens, saltum & ispericulum eorum, qui oratione affectata se esserent, contrahere est conatus. Niceph. lib. 8. cap. 14.

De Rufo Pictaviensi rhetore Asponius sic scribit:

Rufus vocatus Rhetor olim ad inptias,

Celebris fit ut convivio;

Grammatica ut artis se peritum ostenderet,

Hec vota dixit nuptiis:

Eimajculini & feminiis gignite,

Generi que neutrius filios.

Quidam nostrae aetatis ineptam eloquentiam aulicam exotus, sicut cum esset in conclavi, & à strabo quodam multa cum pluralitate jaderetur, iterum atque iterum circumspiciens respondit: Cateros abisile, se solum esse: si quid vellet, opportuniore tempore redire, dum illi adessent. Ille negat se quenquam praeter ipsum unum querere. Tum alter hominem percontatur, quod illic lectos videret. Quum unum dumtaxat, respondisset. Et quae tandem intemperie te agitant, aut è qua popina nobis propè potus adeo, ut ego tibi non unus videar, sed multa? Erasmus de Conscrip. epist.

EXERCITATIO GRAMMATICA consideratur respectu modi.

Sic exercentur.

Facultas Grammatica duas habet partes. Theoricam alteram, in preceptorum cognitione positam; alteram Practicam quae in exercitatione spectatur, in Tercei nimirum & in Quarta. Tercei partem viva voce, partim scriptis perficitur. Quarta vero aliorum scripta dicitur, tum cognoscit, audiendo legendoque: tum praestat. Cognitio in duobus consistit: ut aliorum scripta tum intelligantur (his forte Epistolarum apud Suidam dicuntur, & resolutione scilicet: qualis fuit Sosthenis Lacon) tum intellecta memoria commendentur. Sic Caecilius lib. 5. cap. 31. Antiqu. Lect. apud Senec. Grammaticos Analas nuncupari contendit, qui lectione multa excitati, memoria sint firmissima & indubitata, ut quicquid legerint, serè habeant ad manum & in numerato: quoniam ἀναλόγηται significet Graeci ἀναμνηστικὸν ἐπινοῦντα, id est, firmiter tenere ac concipere. Forte etiam ἀναμνηστικὸν, quod veluti reliquias ciborum conservent ea, quae in antioribus variis legerunt. Quo in numero fuerit apud Latinos Gellius, Macrobius, & alii. Iudicium vero Criticos ex se Grammaticos denominari facit, hoc titulo mirum quantum superbiebant, ita ut non parvum tantum, sed & res ipsas suae arti subiectas asserere non vereantur.

LEGENDO. LECTIO Vitiola.

SUENO Suenonis II. Danorum regis Sacerdos, eique intemè charus, à Latinae linguae imperitus: cum in preceatione pro rege dicenda, Ut Deus regem suum famulum protegat, & molis ejus priores duas literas exupissent, Mulum pro famulo legit. Saxo Grammat. lib. 11. c. 12.

COLLIGENDO.

Graeci veteres Grammaticos libros conscribant, in quibus varias & multiplices res explicarent: illos autem, ut videntur συλλεγτες & plerunque vocabant. Meminit Philemonis grammatici συλλεγτων Porphyrius Tyrius in quest. Hom. nec non Didymus Ammon. in libro de similib. & discrep. vocabulis. Politi. Volumen suum Miscellanea transcripsit. Vitell. lib. 34. Var. lexi. cap. 13.

L. B. Theat. Vite Human. Tom. III.

Grammaticos Homero summa tribuere, & merito quidem, in confesso est. Ex eo tanquam Oceano, quaestio omnium grammaticarum exempla petenda. Itaque cum quaereretur, unone versu omnes orationis partes à poeta comprehensae essent, productus est iste:

Αὐτὸς ἴσθ' ἀπὸ κλεινῆς τὸ σὸν γάρπας ἔσθ' ἑίδῃσθαι. Apud Plutarch.

TIBERIVS CAESAR maxime curavit notitiam historiarum fabularis usque ad ineptias atque derisum. Nam & grammaticos, quod genus hominum praecipue appetebat, ejusmodi ferè quaestiones experiebat: Quae maritum, quae Achilli nomen inter virgines fuisset, quid Syrenes cantare sint solita. Cum soleret ex lectione quotidiana quaestiones super cenam proponere, comperissetque, Selenum grammaticum à ministris suis perquirere, quos quoque tempore tractare auctores, atque iis praeparatum venire, primum à contubernio removit, deinde etiam ad mortem compulsi. Suet. in Tiberio.

Familiares fuit Antonio Getae, Severi Imp. F. has quaestiones grammaticas proponere, ut dicerent, singula animalia quomodo vocem emitterent, velut agni balant, porcelli grunniunt, palumbes minarriunt, ursi saviunt, leones rugiunt, leopardi rictant, elephanti garrunt, canes coaxant, equi hinniunt, asini rudent, tauri mugiant, caequae de veteribus approbare. Spart. in Getae.

Apud Plut. lib. 5. Conv. quest. 4. Maximus orator quaesivit de Zopyrione grammatico ex Homeri carminibus, utram manum vulnerasset Veneris Diomedes. Rogante vicissim Zopyrione, utro crure Philippus claudus fuisset: Non est, inquit, simile, Maximus; nullum enim Demosthenes hujus argumentum dedit. Tu verò si neficere fateare te, alii ostendent, ubi fauciatam manum intelligentem demonstrat Homerus. Zopyrione haerente, Maximus ostendit, dextram vulneratam fuisse.

Quum apud Regilianum foret cenarent milites, affuit & Tribunus Valerianus, sive Valerius: à quo illata quaestio, undenam credatur Regilianum nomen deductum: & unus, à Reflexum, opinor. At qui aderat fortè scholasticus, grammatico more otus est: Rex, regis, regi, Regilianus. Succinatam vestigio ab militibus: Rex ergo esse potest? & Rex igitur nos potest? & A Deo inditum huius nomen? Quid amplius: quam postidie publico se commississet, à Principibus Imper. est consalutatus. Calius lib. 14. cap. 6. A. L. & Cusp.

VICELLINUS, natus de Quernhamelen Saxoniae, mansit aliquandiu in Everstein cum matre Conradi Comitiss, ad institutos & erudiendos filios. Invidebat illi Sacerdos, quod apud dominum pro humilitate & virtute videretur multis acceptior, & ab illo interpellatur, proposito versu ex Achilleide Statii: illoque obmutescente, sacerdos cum increpavit, qui praesumeret docere, quum ipse nihil didicisset. Vicellinus pudore correptus, profectus Paderburnam, sub magistro, qui ibi literas profitebatur, vigilanter impendit operam studii. Ea namque aetate apud Ecclesias Cathedrales magistri habebantur. Profecit autem Vicellinus, non tam lectione, quam oratione. Quantum enim incumbat literis, tantum alternantibus horis in religione per devotionem crecebat. Vocatus inde ad Ecclesiam Bremensem, ibi quod didicit, docere cepit, ut magistri sui coadjutor in erudiendis se minoribus fieret. Deinde in Franciam peregrinatus, ibi quoque doctior audivit. Inde Magdeburgum se contulit, & mox Rudolpho Hildesemense & Ludolpho Verdenfense Canonicis, alicis locis, gentem Vandalarum in Religione instituit. Crantz. lib. 5. Saxon. cap. 29.

AUDIENDO.

Grammaticos eadem toties recitantes audientium miserris, Juvenal. Satyr. 7. exaggerat, inquit: Occidit miseris crasse repetita magistrus. Crassem repetitam appellat declamationem maximo cum tudio iterum atque iterum audiendam. Erasmus in Adag.

C. Plinius quum recitarem quiddam perperam pronuntiam amicum quispian revocasset, & ut repeteret, coegisset: Quid, inquit, an intellexeras: Quum ille annuisset: Cur ergo, inquit, revocabas? Decem amplius versus ista tua interpellatione perdidimus. Tanta erat praesentium temporis. Erasmus lib. 8. Apoph.